ROMULUS

1. * *Dionysios 2, 9*: Romulus postquam potiores ab inferioribus secrevit, mox leges tulit et, quid utrisque faciendum esset statuit: patricii sacerdotiis et magistratibus fungerentur et iudicarent, plebeii vero agros colerent et pecus alerent et mercennarias artes exercerent. Patriciorum fidei addidit et commisit plebeios, permittens unicuique quem ipse sibi vellet eligere patronum, patronatum appellans hoc patrocinium.

2. * *Dionysios 2, 10*: Constitutum tunc est ab illo ius patronatus tale: patricios oportebat clientibus suis iura interpretari, lites pro eis, si iniuria afficerentur, intendere, agentibus adesse; clientes vero oportebat patronos suos iuvare in collocandis filiabus, si parentes opibus carerent, ab hostibus redimere eos si ipsi aut liberi capti essent, et tam iudiciorum privatorum aestimationes quam publicas multas, si condemnati essent, pro eis solvere. Communiter autem utrisque ius fasque non erat invicem se accusare, testimonium adversum alterum dicere vel suffragium contrarium ferre. Quod si quis eiusmodi alicuius facinoris convictus esset, proditionis lege, quam Romulus sanxerat, obnoxius erat, condemnatumque interficere, ut Diti sacrum, cuilibet licebat.

3. * *Dionysios 2, 12–14*: Romulus cum haec constituisset consultores instituere decrevit, quibuscum res publicas administraret, e patriciis C viros eligens. His constitutis, distribuit potestates, quas unumquemque habere volebat. Ac regi quidem haecce attribuit iura: primum ut sacrorum et sacrificiorum haberet principatum, tum ut legum morumque patriorum esset custos, de gravioribus delictis ipse cognosceret, leviora senatoribus committeret, senatum cogeret et populum convocaret et in bello summum haberet imperium. Consilio senatus hanc potestatem dedit, ut deliberaret et suffragium ferret de qualibet re, quam rex ad eum retulisset. Populo vero haec tria concessit, magistratus creare et leges sancire et de bello decernere, quando rex rogationem ad eum tulisset. Suffragia autem ferebat non simul totus populus, sed curiatim convocatus.

4. * *Dionysios 2, 15*: Necessitatem imposuit Romulus civibus, omnem virilem prolem educare et filias primogenitas, necare vero nullum fetum triennio minorem, nisi natum mutilum aut monstrum statim post partum, quos a parentibus exponi non prohibuit, dummodo eos prius ostenderent quinque vicinis proximis, iique id comprobassent; in eos vero, qui legibus istis non obtemperarent, poenas statuit cum alias tum etiam hanc, bona eorum pro parte dimidia publicari.

5. * *Dionysios 2, 21–22*: Multis personis sacra administranda adsignavit; legem posuit, ut ex singulis curiis bini crearentur, L annis maiores, quos non ad certum aliquod tempus honores istos habere constituit, sed quamdiu viverent, immunes a militia propter aetatem, ab urbanis vero muneribus per legem. Omnes sacerdotes a curiis constituit creari, ab interpretibus vero rerum divinarum per auspicia confirmari.

ROMULUS

1. *Dionysios 2, 9*: Jakmile Romulus oddělil mocné od nižších, vydal zákony a stanovil, co je povinností každé skupiny: patricijové měli zastávat úřady a kněžské hodnosti a soudit, plebejové obdělávat pole, chovat dobytek a vykonávat námezdné práce. Patricijům byla svěřena a přiznána péče o plebeje, jimž dovolil, aby si každý zvolil svého patrona podle své vůle. Tento vztah nazval patronát.

2. *Dionysios 2, 10*: Tehdy bylo ohledně práva patronátu nařízeno toto: patricijové byli povinni vykládat svým klientům právo, vést za ně spory, pokud se jim stalo nějaké bezpráví, a pomáhat jim, když podávají žalobu. Klienti byli pak povinni své patrony, pokud neměli rodiče, podporovat prostředky při provdávání dcer; vykupovat je od nepřátel, pokud byli oni nebo jejich děti zajati; v případě, že byli odsouzeni k pokutě v soukromém nebo ve veřejném sporu, zaplatit za ně. Navzájem na sebe nesměli podávat žaloby, proti sobě svědčit a hlasovat proti sobě. Pokud byl kdokoliv z nich usvědčen z nějakého takového zločinu, byl vinen podle zákona o zradě, který ustanovil Romulus, a kdokoliv ho mohl zabít jako propadlého Ditovi.

3. *Dionysios 2, 12–14*: Poté, co to Romulus stanovil, rozhodl se jmenovat poradce, se kterými by spravoval státní záležitosti. Vybral na to z patricijů sto mužů. Když je určil, rozdělil jim podle svého uvážení pravomoci. Králi přiřkl tato práva: za prvé aby měl hlavní funkci u náboženských obřadů a obětí, dále aby byl ochráncem zákonů a starých obyčejů vlasti, aby sám rozhodoval o těžších zločinech, méně závažná provinění přenechal senátorům, svolával senát a lid a ve válce měl nejvyšší velení. Senátu udělil pravomoc radit se a hlasovat o jakékoli věci, kterou král předloží. Lidu povolil tato tři oprávnění: volit úředníky, vytvářet zákony a rozhodovat o válce, kdykoliv to navrhne král. Lid ovšem nehlasoval najednou, nýbrž byl svoláván po kuriích.

4. *Dionysios 2, 15*: Romulus stanovil občanům povinnost vychovat všechny potomky mužského pohlaví a prvorozené dcery a zakázal zabíjet děti mladší tří let. Bezprostředně po narození směly být zabity pouze ty, které se narodily zmrzačené nebo znetvořené. V tom případě nebránil rodičům, aby je odkládali, pokud je předtím ukázali pěti nejbližším sousedům a ti tento čin schválili. Těm, kteří se nebudou řídit těmito zákony, uložil tresty, mezi nimi i odnětí poloviny jejich majetku.

5. *Dionysios 2, 21–22*: Mnoha osobám přidělil správu náboženských obřadů. Vydal zákon, aby z jednotlivých kurií byli voleni vždy dva muži starší padesáti let, a určil, že nebudou mít tyto hodnosti pouze do nějaké stanovené doby, ale budou doživotně zproštěni vojenské služby z důvodu věku a městských břemen, a to na základě zákona. Nařídil, aby všichni kněží byli voleni kuriemi a potvrzováni vykladači božských znamení pomocí auspicií.

6. * *Dionysios 2, 25,1*: Romulus una lege lata ad modestiam adduxit mulieres. Quae lex haec erat: uxorem iustam, quae nuptiis sacratis (confarreatione) in manum mariti convenisset, communionem cum eo habere bonorum et sacrorum.

7. * *Dionysios 2, 25,6*: De his cognoscebant cognati cum marito: de adulteriis et si quam vinum bibisse argueretur; hoc utrumque enim morte punire Romulus concessit.

8. * *Dionysios 2, 26–27*: (Romulus) omnem potestatem in filium patri concessit, idque toto vitae tempore, sive eum carcere includere sive verberare, sive vinctum ad opera rustica detinere sive occidere vellet … Etiam vendere filium permisit patri; … quin etiam hoc concessit patri, ut usque ad tertiam venditionem per filium adquireret: post tertiam vero venditionem liberabatur filius a patre.

9. * *Plut. Rom. 22*: (Romulus) constituit quoque leges quasdam, inter quas illa dura est, quae uxori non permittit divertere a marito, at marito permittit uxorem repudiare propter veneficium circa prolem vel subiectionem clavium vel adulterium commissum; si vero aliter quis a se dimitteret uxorem, bonorum eius partem uxoris fieri, partem Cereri sacram esse iussit; qui autem venderet uxorem diis inferis immolari.

10.* *Plut. Rom. 22*: Singulare est, quod (Romulus), cum nullam in parricidas statuerit poenam, omne homicidium appellavit parricidium.

11. *Festus, Plorare*: SI NURUS …, <NURUS> SACRA DIVIS PARENTUM ESTOD.

12. *Macrobius, Sat. I 12, 38*: Haec fuit a Romulo annua ordinata dimensio, qui … annum X mensium, dierum vero CCCIIII habendum esse constituit mensesque ita disposuit, ut quattuor ex his XXXI, sex vero XXX haberent dies.

13. *Macrobius, Sat. I 13, 20*: Quando … primum intercalatum sit, varie refertur, et Macer quidem Licinius eius rei originem Romulo adsignat.

NUMA POMPILIUS

Cic. De rep. II 14, 26: Pompilius animos propositis legibus his, quas in monumentis habemus, … religionum caerimoniis mitigavit, omnesque partes religionis statuit sanctissime.

Cic. De rep. V 2, 3: (Numa) legum etiam scriptor fuit, quas scitis extare.

Liv. I 19, 1: (Numa) … urbem novam, conditam vi et armis, iure … legibusque ac moribus de integro condere parat.

6. *Dionysios 2, 25,1*: Romulus vydal zákon vedoucí ženy k poslušnosti. Tento zákon byl takový: právoplatná manželka, která přešla do pravomoci muže obětí (konfareací), s ním sdílí společenství veškerého majetku i náboženské obřady.

7. *Dionysios 2, 25,6*: V následujících případech rozhodovali příbuzní s manželem: o cizoložství a když se prokázalo, že pila víno. Obojí dovolil Romulus trestat smrtí.

8. *Dionysios 2, 26–27*: (Romulus) ponechal otcům veškerou moc nad syny, a to po celou dobu jejich života, ať již je chtěli uvěznit, zbičovat, nechat v poutech a přidržet je u venkovských prací, nebo usmrtit … Také otci dovolil prodat syna; … dokonce otci dovolil nabýt syna až třetím prodejem. Po třetím prodeji se syn osvobozoval z moci otce.

9. *Plut. Rom. 22*: (Romulus) vydal také několik zákonů, mezi nimiž je přísný ten, který ženě zakazuje opustit manžela, avšak manželovi dovoluje, aby ženu vyhnal, pokud se dopustila travičství, podvržení dětí, nebo pokud padělala klíče či se provinila cizoložstvím. Jestliže by muž zapudil manželku z jiného důvodu, přikázal (Romulus), aby jí připadla část manželova majetku a část byla zasvěcena Cereře. Kdo by prodal ženu, měl propadnout podsvětním bohům.

10. *Plut. Rom. 22*: Je zvláštní, že (Romulus) neustanovil žádný trest za otcovraždu, každou vraždu označoval jako otcovraždu.

11. *Festus, Plorare*: POKUD SNACHA …, BUDE ZASVĚCENA BOHŮM PŘEDKŮ.

12. *Macrobius, Sat. I 12, 38*: Romulem bylo zavedeno toto rozdělení roku, podle něhož … měl rok 10 měsíců a 304 dnů, a měsíce rozdělil tak, aby čtyři z nich měly 31 dnů a šest mělo 30 dnů.

13. *Macrobius, Sat. I 13, 20*: Existují různé zprávy o tom, kdy … se poprvé vkládal do kalendáře. Licinius Macer připisuje původ tohoto opatření Romulovi.

NUMA POMPILIUS

Cic. De rep. II 14, 26: Pompilius uklidnil duše zveřejněním zákonů, které se nám dochovaly na památnících, … a náboženskými obřady a stanovil všechny náboženské obřady.

Cic. De rep. V 2, 3: (Numa) byl také autor zákonů, které znáte.

Liv. I 19, 1: (Numa) … nové město, založené silou a zbraněmi, znovu založit právem … a zákony a mravy.

LEGES REGIAE

1. *Plin. NH XXXII 2, 20*: Numa constituit ut pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent.

2. *Festus, Opima*: … M. Varro ait … esse etiam Pompili regis legem opimorum spoliorum talem: CUIUS AUSPICIO CLASSE PROCINCTA OPIMA SPOLIA CAPIUNTUR, IOVI FERETRIO BOVEM CAEDITO; QUI CEPIT, AERIS CCC DARIER OPORTEAT. SECUNDA SPOLIA, IN MARTIS ARAM IN CAMPO SOLITAURILIA, UTRA VOLUERIT, CAEDITO [QUI CEPIT, AERIS CC DATO]. TERTIA SPOLIA, IANUI QUIRINO AGNUM MAREM CAEDITO; C QUI CEPERIT EX AERE DATO. CUIUS AUSPICIO CAPTA, DIS PIACULUM DATO.

3. * *Dionysios 2, 27:* e legibus Numae, in quibus etiam haec est scripta: si pater filio permiserit uxorem ducere, quae iure particeps sit et sacrorum et bonorum, patri iam non ius esse filium vendendi.

4. * *Dionysios 2, 63–74*: omnem de rebus divinis legislationem scriptis complexus in octo divisit partes, quot erant sacerdotum collegia (curiones, flamines, tribuni celerum, augures, virgines vestales, salii, fetiales, pontifices).

5. * *Dionysios 2,74*: de terminis agrorum legislatio: iubens unumquemque terminare agrum suum et lapides in finibus ponere, eos Iovi Termino sacravit; si quis vero terminos sustulisset vel transtulisset, deo sacrum esse qui fecisset, sanxit.

6. *Liv. I 19, 7*: (Numa) nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat.

7. *Plin. NH XIV 12, 88*: VINO ROGUM NE RESPARGITO.

8. *Plin. NH XIV 12, 88*: ex imputata vite libari vina diis nefas (Numa) statuit.

9. * *Plut. Numa 10*: Magnos (Vestalibus) dedit honores, inter quos testandi vivo patre ius, et reliqua sine tutore agendi, ut viverent ad exemplum matrum trium liberorum.

10.* *Plut. Numa 12*: (Numa) officium lugendi secundum aetates et tempora constituit, ut puerum trimo minorem ne quis lugeat, maiorem ne plures menses, quam annos vixerit, usque ad decem: nec quemquam cuiusvis aetatis ultra; sed longissimi luctus tempus esse decem mensium. Per quod spatium uxoribus quoque defunctorum a secundis nuptiis abstinendum est; et si qua prius nupserit, bovem fetam immolare debebat ex illius lege.

LEGES REGIAE

1. *Plin. NH XXXII 2, 20*: Numa ustanovil, aby nebyly k jídlu předkládány ryby, které nejsou šupinaté.

2. *Festus, Opima*: … M. Varro říká … že existuje zákon krále Pompilia o ukořistěné zbroji nepřátelského vojevůdce: VELITEL, POD JEHOŽ VRCHNÍM VELENÍM A S VOJSKEM PŘIPRAVENÝM K BOJI JE UKOŘISTĚNA ZBROJ NEPŘÁTELSKÉHO VOJEVŮDCE, AŤ OBĚTUJE BÝKA IOVOVI FERETRIOVI. TEN, KDO JI UKOŘISTIL, AŤ DOSTANE 300 ASSŮ. ZA ZBROJ, KTEROU ZÍSKAL NĚKDO JINÝ NEŽ VRCHNÍ VELITEL, AŤ PORAZÍ U OLTÁŘE NA MARTOVĚ POLI VEPŘE, OVCI A BÝKA A CHCE-LI, I VÍCE [TEN, KDO JI UKOŘISTIL, AŤ DOSTANE 200 ASSŮ]. ZA ZBROJ, KTEROU ZÍSKAL PROSTÝ VOJÁK, AŤ OBĚTUJE BERÁNKA IANOVI QUIRINOVI. TEN, KDO JI UKOŘISTIL, AŤ DOSTANE 100 ASSŮ. TEN, ZA JEHOŽ VRCHNÍHO VELENÍ BYLA UKOŘISTĚNA, AŤ VYKONÁ OČISTNOU OBĚŤ BOHŮM.

3. *Dionysios 2, 27*: z Numových zákonů, mezi nimiž je také tento: pokud otec dovolil synovi vzít si manželku, která se podle práva účastní na náboženských obřadech a majetku, otci již více nepřísluší právo syna prodat.

4. *Dionysios 2, 63–74*: všechny, kteří se zabývali božskými věcmi, rozdělil na osm částí, tolik bylo kněžských kolegií (kurioni, flaminové, tribuni celerum, auguři, panny Vestiny, saliové, fetiálové, pontifikové).

5. *Dionysios 2,74*: zákon o hranicích pozemků: přikázal, aby každý stanovil hranice svého pozemku a postavil na hranicích kameny, ty zasvětil Iovovi Terminovi. Rozhodl, aby ten, kdo mezníky vytahá nebo přesune, byl zasvěcen bohu.

6. *Liv. I 19, 7*: (Numa) také určil dny, kdy se nemělo zahajovat soudní řízení a kdy ano. V budoucnu se měla ukázat užitečnost toho, že se s lidem čas od času nic nevyjednává.

7. *Plin. NH XIV 12, 88*: NEKROP HRANICI VÍNEM.

8. *Plin. NH XIV 12, 88*: (Numa) stanovil, že konat úlitbu bohům vínem z nepořezané révy je proti božskému právu.

9. *Plut. Numa 10*: (Vestálkám) přiřkl velké pocty, mezi nimi právo pořídit závěť za života otce a ostatní záležitosti spravovat bez souhlasu poručníka stejně jako matky tří dětí.

10. *Plut. Numa 12*: (Numa) ustanovil rovněž dobu trvání smutku podle délky života. Nikdo neměl truchlit pro dítě mladší tří let a pro starší ne více měsíců, než kolik let žilo, a to až do deseti. Déle nebylo povoleno truchlit nikdy. Nejdelší doba smutku měla být deset měsíců a po stejnou dobu se neměly vdovy znovu provdat. Pokud se některá provdala dříve, měla podle jeho nařízení obětovat březí krávu.

LEGES REGIAE

11.* *Plut. Numa 17*: De ceteris eius institutis maximam administrationem habet plebis per artificia distributio; haec vero fuit: tibicinum, aurificum, fabrorum tignariorum, tinctorum, sutorum, fullonum, fabrorum aerariorum, figulorum; reliquas artes in unum coegit unumque ex iis omnibus fecit corpus; consortia et concilia et sacra cuique generi tribuens covenientia.

12. *Marc. Dig. XI 8, 2*: Negat lex regia mulierem, quae praegnans mortua sit, humari, antequam partus ei excidatur; qui contra fecerit, spem animantis cum gravida peremisse videtur.

13. *Festus, Paelices*: PAELEX ARAM IUNONIS NE TANGITO; SI TANGIT, IUNONI CRINIBUS DEMISSIS AGNUM FEMINAM CAEDITO.

14. *Festus, Occisum*: SI HOMINEM FULMEN (?) OCCISIT, NE SUPRA GENUA TOLLITO. HOMO SI FULMINE OCCISUS EST, EI IUSTA NULLA FIERI OPORTET.

15. *Festus, Aliuta*: Aliuta antiqui dicebant pro aliter ...; hinc est illud in legibus Numae Pompili: SI QUISQUAM ALIUTA FAXIT, IPSOS IOVI SACER ESTO.

16. *Festus, Parricidi quaestores*: SI QUI HOMINEM LIBERUM DOLO SCIENS MORTI DUIT, PARICIDAS ESTO.

17. *Serv. Ad Egl. 4, 43*: In Numae legibus cautum est, ut si quis imprudens occidisset hominem, pro capite occisi agnatis eius in contione offerret arietem.

18. *Macrobius, Sat. I, 13, 1–7*: Numa (anno Romuli) L dies addidit, ut in CCCLIIII dies, quibus XII lunae cursus confici credidit, annus extenderetur; atque his L a se additis adiecit alios VI, retractis aliis VI mensibus qui XXX habebant dies, ... factosque LVI dies in duos novos menses pari ratione divisit: ac ... priorem Ianuarium nuncupavit primumque anni esse voluit, ... secundum dicavit Februo deo. ... Paulo post Numa in honorem inparis numeri ... unum adiecit diem, quem Ianuario dedit ... Ianuarius igitur, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, November, December, XXVIIII censebantur diebus; ... Martius vero, Maius, Quinctilis et October dies XXX singulos possidenbant, Februarius XXVIII retinuit dies.

19.* *Joh. Lydus, De mensibus I 31*: Id quoque a Numa institutum est, ut sacerdotes aheneis forficibus, non ferreis tonderentur.

LEGES REGIAE

11. *Plut. Numa 17*: Z jeho ostatních nařízení je nejprospěšnější rozdělení lidu podle řemesel. Bylo takovéto: pištci, zlatníci, tesaři, barvíři, ševci, valcháři, kováři a hrnčíři. Ostatní řemesla spojil dohromady a vytvořil z nich jeden celek. Každé skupině umožnil konat schůze, shromáždění a bohoslužby.

12. *Marc. Dig. XI 8, 2*: Královský zákon zakazuje pohřbít ženu, která zemřela těhotná, dokud nebyl z jejího těla vyňat plod. Kdo jednal proti tomuto nařízení, byl považován za toho, kdo by vzal naději živé bytosti společně s těhotnou.

13. *Festus, Paelices*: AŤ SE SOULOŽNICE NEDOTÝKÁ OLTÁŘE IUNONY, POKUD SE HO DOTKNE, AŤ S ROZPUŠTĚNÝMI VLASY OBĚTUJE IUNONĚ OVCI.

14. *Festus, Occisum*: POKUD ČLOVĚKA USMRTÍ BLESK (?), AŤ RODIČE POZDVIHUJÍ DĚTI. JESTLIŽE JE ČLOVĚK USMRCEN BLESKEM, NEMAJÍ SE KONAT ŽÁDNÉ OBVYKLÉ POHŘEBNÍ OBŘADY.

15. *Festus, Aliuta*: „Aliuta" předkové užívali místo „aliter"... Proto je v zákonech Numy Pompilia: JESTLIŽE NĚKDO UČINÍ JINAK, AŤ JE ZASVĚCEN IOVOVI.

16. *Festus. Parricidi quaestores*: JESTLIŽE NĚKDO ÚMYSLNĚ USMRTÍ SVOBODNÉHO ČLOVĚKA, JE VRAHEM.

17. *Serv. Ad Egl. 4, 43*: V Numových zákonem je nařízeno, aby ten, kdo neúmyslně zabije člověka, nabídl za hlavu zabitého jeho agnátům před shromážděným lidem berana.

18. *Macrobius, Sat. I, 13, 1–7*: Numa připojil (k Romulovu roku) 50 dní, aby byl rok rozšířen na 354 dní, kterými se podle jeho názoru naplní dvanáct oběhů měsíce. K těmto padesáti připojil dalších šest, o které zkrátil jiných šest měsíců, které měly třicet dní. Těchto padesát šest vytvořených dní rozdělil stejným dílem mezi dva nové měsíce ... Jeden z nich nazval leden (Ianuarius) a určil ho za první měsíc v roce, ... druhý zasvětil bohu Februovi ... Brzy potom Numa, aby získal liché číslo ... připojil jeden den, který přidal k lednu ... Takže leden (Ianuarius), duben (Aprilis), červen (Iunius), srpen (Sextilis), září (September), listopad (November) a prosinec (December) měly dvacet devět dní, březen (Martius), květen (Maius), červenec (Quinctilis) a říjen (October) třicet dní. V únoru (Februarius) zůstalo dvacet osm dní.

19. *Joh. Lydus, De mensibus I 31*: Numa rovněž ustanovil, aby se kněží stříhali bronzovými nůžkami a nikoliv železnými.

LEGES REGIAE

TULLUS HOSTILIUS

1. *Cic. De rep. II 17, 31*: (Tullus) constituit ius, quo bella indicerentur, quod … sanxit fetiali religione, ut omne bellum, quod denuntiatum indictumque non esset, id iniustum esse atque impium iudicaretur.

2. * *Dionysios 3, 22*: Lex lata est propter illum casum (Horationum), qua usque ad meam aetatem utuntur, iubens, si cui trigemini nascerentur filii, ei de publico alimenta ad pubertatem usque suppeditari.

3. * *Dionysios 3, 30*: Sociis et proditionis consciis iudicia rex constituit et convictos secundum legem de desertoribus et proditoribus interfecit.

4. *Liv. I 26, 5–6*: Rex (Tullus) … „Duumviros", inquit, „qui Horatio perduellionem iudicent, secundum legem facio". Lex horrendi carminis erat: Duumviri perduellionem iudicent: si a duumviris provocarit, provocatione certato: si vincerent, caput obnubito, infelici arbori reste suspendito, verberato vel intra pomerium vel extra pomerium.

5. *Tac. Ann. XII 8*: Addidit Claudius sacra ex legibus Tulli regis piaculaque (propter incestum fratris et sororis) … per pontifices danda.

ANCUS MARCIUS

1. *Liv. I 32, 5*: Ut tamen, quoniam Numa in pace religiones instituisset, a se bellicae caerimoniae proderentur, nec gererentur solum sed etiam indicerentur bella aliquo ritu, ius ab antiqua gente Aequiculis, quod nunc fetiales habent, descripsit, quo res repetuntur.

TARQUINIUS PRISCUS

1. *Cic. De rep. II 20, 35*: Tarquinius, … ut de suo imperio legem tulit, principio duplicavit … pristinum patrum numerum, et antiquos patres „maiorum gentium" appellavit, quos priores sententiam rogabat, a se adscitos „minorum".

2. * *Dionysios 3, 61–62*: Legati (Etruscorum) aderant ferentes insignia imperii, quibus ipsi reges suos ornabant portantes coronam auream, sellam eburneam, scerptum aquila in capite ornatum, tunicam purpuream auro distinctam, togam purpuream pictam. Tarquinius tamen his honoribus non statim usus est, ut plerique scriptorum Romanorum tradunt, sed senatus populique arbitrio permittens, an recipiendi honores essent, tum demum cum omnes consensissent eos accepit.

LEGES REGIAE

TULLUS HOSTILIUS

1. *Cic. De rep. II 17, 31*: (Tullus) stanovil způsob, podle kterého se vyhlašovaly války … stanovil podle zvyklostí fetiálů, že každá válka, která nebyla vyhlášena a vypovězena, byla posuzována jako nespravedlivá a bezbožná.

2. * *Dionysios 3, 22*: Kvůli onomu (Horatiovu) případu byl vyhlášen zákon, který je v platnosti až do mé doby a nařizuje, jestliže se někomu narodí synové – trojčata, aby bylo až do jejich dospělosti přispíváno z veřejných prostředků na jejich výživu.

3. *Dionysios 3, 30*: Král zřídil soud nad velezrádci a jejich spoluviníky a ty, kteří byli usvědčeni, dal usmrtit podle zákona o dezertérech a velezrádcích.

4. *Liv. I 26, 5–6*: Král (Tullus) … „Ustanovuji podle zákona duumviry, kteří budou soudit Horatia z velezrady." Formule zákona byla hrozná: Duumvirové ať soudí velezradu, jestliže se proti jejich rozhodnutí odvolá, ať se vede pře před komiciemi. Jestliže (duumvirové) zvítězí, ať je mu zahalena hlava a budiž pověšen na neplodném stromě a bičován buď uvnitř hradeb nebo za nimi.

5. *Tac. Ann. XII 8*: Claudius připojil náboženské obřady podle nařízení krále Tulla a očistné oběti (kvůli krvesmilstvu mezi bratrem a sestrou) … konané pontifiky.

ANCUS MARCIUS

1. *Liv. I 32, 5*: Neboť Numa ustanovil náboženské obřady konané v míru, přál si sám zavést náboženské obřady, které by platily ve válce, aby války nebyly pouze vedeny, ale také vyhlašovány podle nějakého řádu. Opsal proto od starobylého kmene Aequiculů právo, které nyní mají fetiálové a podle něhož se požaduje zadostiučinění.

TARQUINIUS PRISCUS

1. *Cic. De rep. II 20, 35*: Tarquinius, … ze své moci vydal zákon, nejprve zdvojnásobil dřívější počet senátorů. Původní senátory, kterých se ptal na jejich mínění dříve, nazval „ze starších rodů", ty, které sám přibral, „z mladších".

2. *Dionysios 3, 61–62*: Přítomni byli vyslanci (Etrusků) nesoucí odznaky moci, kterými zdobili své krále: zlatou korunu, slonovinové křeslo, žezlo ozdobené nahoře orlicí, nachovou tuniku a tógu zdobené zlatem. Tarquinius však těch odznaků neužíval hned, jak říkají mnozí římští spisovatelé, ale přenechal rozhodnutí o tom, zda mají být užívány, senátu a lidu. Přijal je teprve tehdy, když všichni souhlasili.

LEGES REGIAE

SERVIUS TULLIUS

1. * *Dionysios 4, 13*: leges cum de contractibus tum de delictis per curias tulit, erant autem numero fere quinquaginta.

2. * *Dionysios 4, 15*: incensis poenam constituit bonis privari et virgis caesos venum dari.

3. * *Dionysios 4, 22*: Tullius servis manumissis civitatem habere concessit; iubens enim una cum liberis aliis omnibus etiam libertos censeri, in quattuor tribus urbanas eos distribuit, … eosque ad omnia quae publica essent aeque admisit ac ceteros plebeios.

4. * *Dionysios 4, 25*: ille iudiciis publicis separatis a privatis ipse quidem de criminibus ad rem publicam pertinentibus suscepit cognitionem, rerum autem privatarum privatos iudices esse iussit, quibus normas et regulas leges dedit a se conscriptas.

5. *Liv. I 42, 5*: Censum … instituit, … classes centuriasque et … ordinem ex censu descripsit.

6. *Festus, Plorare*: SI PARENTEM PUER VERBERIT, AST OLLE PLORASSIT, PUER DIVIS PARENTUM SACER ESTO.

TARQUINIUS SUPERBUS

1. * *Dionysios 4, 43*: (Tarquinius) leges a Tullio scriptas, per quas non, ut antea, in contractibus a patriciis vexabantur, omnes sustulit, et ne tabulas quidem, in quibus erant scriptae, reliquit, sed has quoque ex foro summoveri iubens delevit.

LEGES REGIAE

SERVIUS TULLIUS

1. *Dionysios 4, 13*: na kuriátním shromáždění vyhlásil asi padesát zákonů o smlouvách a deliktech.

2. *Dionysios 4, 15*: ty, kteří se nepodrobili cenzu, nařídil trestat tak, že jim byl zabaven majetek, byli zbičováni a prodáni.

3. *Dionysios 4, 22*: Tullius povolil, aby propuštění otroci získali občanství. Nařídil totiž, aby se cenzu podrobili společně se všemi ostatními svobodnými také propuštěnci, a rozdělil je do čtyř městských tribuí … a připustil je, stejně jako ostatní plebeje, k veřejným záležitostem.

4. *Dionysios 4, 25*: veřejné soudy oddělil od soukromých a sám převzal (soudní) vyšetřování zločinů týkajících se státu. Pro soukromé záležitosti zřídil soudce v soukromých přích, jimž dal pravidla a zákony, které sám sepsal.

5. *Liv. I 42, 5*: Zřídil cenzus … a popsal třídy a setniny a uspořádání podle cenzu.

6. *Festus, Plorare*: POKUD SYN UHODÍ OTCE, A JESTLIŽE NAŘÍKÁ, AŤ JE ZASVĚCEN RODINNÝM BOHŮM.

TARQUINIUS SUPERBUS

1. *Dionysios 4, 43*: (Tarquinius) zrušil všechny zákony sepsané Tulliem, aby jimi nebyli jako dříve utiskováni patriciji při smlouvách, a nenechal ani desky, na nichž byly napsány, ale nařídil, aby byly odstraněny z fora a zničeny.

Zdroj: Skřejpek, M. Prameny římského práva. LexNexis. 2004. ISBN 80-86199-89-4.